UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

397. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

De eadem re. *Ex regula ſancti Benedicti.*

CCCXCV. Si quis fratri excommunicato quolibet modo ſe junxerit, aut mandatum ei direxerit, ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam. Regula S. Bened. c. 26.

Item.

CCCXCVI. Is autem frater qui gravioris culpæ noxa tenetur, ſuſpendatur à menſa ſimul & ab oratorio. Nullus ei jungatur in conſortio, neque in conloquio. Regula S. Bened. c. 25.

De eadem re. *Ex Concilio Antiocheno.*

CCCXCVII. Cum excommunicatis non licere communicare; nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt. Si quilibet autem ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ille privetur communione. Concil. Antioch c. 2. Burchard. lib. 11. c. 34.

De eadem re. *Ex Concilio Apoſtolorum.*

CCCXCVIII. Si quis cum excommunicato ſaltim in domo oraverit, iſte communione privetur. Can. Apoſt. c. 11. Burchard. lib. 11. c. 35.

De eadem re. *Ex Concilio Nicæno.*

CCCXCIX. De his qui communione privantur, ſeu ex clero, ſive ex laico ordine, ab Epiſcopis, ſententia regularis obtineat, ut hi qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne puſillanimitate, aut con- Concil. Nic. c. 5. Burchard. lib. 11. c. 36.